

¶ Tractatus de tribus ordini-  
bus beatissime virginis dei  
genitricis Marie. ¶

4



**E**pistola R. P. fratris Gilberti Nicholai  
ad serenissimam reginam Anglie Catharinam.



**E**pe multūq[ue] men  
te révolui o serenissima regina  
illam dilectionē genitrix tue  
sc̄rē memořie regine Elizabeth  
quam ad nostrā q̄dī h̄ixit ha-  
buit obſeruantia. nec aīo cessa-  
uit cogitare ex quo angliā penit  
illam quā tua maestas ad nostrā familiā habet ca-  
ritatē Letabar pfecto videre filiā rātāz rātē matris  
in hijs q̄ sunt virtutis imitatrix. ita ut de genitricē  
tua poslit illō ecclesiast. xxx. dici Mortua est regina  
Elizabeth; et iā nō est mortua. simile enī reliquit sū  
bi post se. Sed has laudes tuas missas facio cū non  
sit michi data ad tuā celitudinē q̄tū digna est ma-  
gnificādā dicēdi facultas: hoc solū iudicauī bonū. si  
tue maestati offerre et dedicare tractatulū de trib⁹  
coronis & trib⁹ ordinib⁹ Marie Vḡis; ut vel in mo-  
dico ḡas redderē cū genitrix cū filie. Hcīo enī no-  
strā totā obſeruantia ad maiora obnortā: quippe qā  
veraq[ue] mules bene meruit de nostra familia: sed nō  
habui nūc maiora que offerre tue celitudini vale-  
rem. Si vero aliquando maria virgo dederit hand-  
dubium quia et ipse dabo/offerā/et dedicabo tue me-  
testati. Vale regina coronata trib⁹ coronis mo-  
fex mercitorum/et anglorum.

**T**ractatus de tribus coronis bīrgi-  
nis marie/et de tribus ordinib⁹/et una  
regula eiusdem cui missa. de virtutibus  
euangelicis dicte marie virginis.



## **A**cita nūc corona

illa quā christus in huma-  
nitate nostra coronatus regnat  
in celo: et similiter illa q̄ vir-  
go in celo a beatissima trinitate  
coronata est de q̄ potest  
intelligi illud apo. xii. Tidi-  
signum magnum in celo. Solum loqui intendimus  
de coronis devotionis que a summis pontificibus et  
a doctoribus vel a sanctis personis facte sunt ab ho-  
norem iesu et marie matris iesu. Et sunt numero sex  
tres filii: et tres matris. pro quarū claro intellectu  
est sciendum q̄ facte sunt iuxta tres consideratib⁹  
sunt penes nomina/ penes opera/ et penes tempora/  
Penes nomina sunt due corone. una nominis iesu.  
et altera nominis marie que consistunt in decent  
psalmis. Nam prīma corona continet quinq[ue] psal-  
mos qui incipiunt a quinq[ue] litteris nominis ielū. sc̄r.  
Iubilate/ Exaudiat te dñs. Saluū me fac domine.  
Ex quo. et Depe expungauerunt. Illa vero no-  
minis marie continet altos quinq[ue] psalmos. sc̄r. Mag-  
nificat. Ad dominum cū tribularer. Retribue. In  
conserendo. et Ad te leuavi oculos meos. de quis-

bus duabus coronis sanctus bonaventura: et sancta  
Brigida multa scripserunt. Unde ego ipse vidi in  
producia Colonicie fratres nostre obseruancie deuo-  
te singulis diebus post completozum dientes coro-  
nam predictam beate marie cum quibusdam anti-  
phonis et oratiōibus. Due vero corzone secundum  
opera sumuntur p̄cise penes illa opera que precipua  
fuerunt inter cetera christi & virginis opera que in  
euangelio leguntur. Nam precipitum opus christi  
fuit q̄ per vulnera sua nostra vulnera sanavit & ge-  
nus humanum redemit. Et ista corona fuit facta  
a sancto gregorio papa et solum continet. v. Pater  
noster. et. v. Ave maria in honorem. v. plagarū xpi  
et. v. dolorum precipuorum matris eius. Precipua  
autem opera virginis que in euangelio leguntur  
sunt decem iuxta decem virtutes euangelicas. t. in  
euangelio scriptas de virgine. scilicet & sunt. *Casta*  
*Prudens/Humilis/ Verax et fidelis/ Veritas enim*  
ista fuit cordis et oīis. *Magna oratrix quia semper*  
*deum magnificabat/ Obediens/ pauper/ paciens/*  
*pia/ et conructrix id est dolorem etatis semper in*  
*cōrde gerens.* Unde hec corona que solum continet  
decem Ave maria in honorem decem virtutum et  
operum virginis fuit facta a papa alexandro. in qua  
debet premitti vñi pater noster. pro papa et felici  
statu ecclesie. Sunt autē indulgentie. xx. millia annos  
coesse dicentib⁹ illas. s. dec̄ millia annos p̄ corona  
domini iesu: et tōdīdem pro corona marie matris le-  
su. Et ego qui h̄e scribo vidi brevia apostolica p̄ se

dicas indulgentias concedentia. Due vero corzone  
que accipiuntur et sicut secundū tempora et annos qui  
bus filius et mater vixerunt in hoc mundo sunt que  
sequuntur. Nam prima que est de tempore sine annis  
quibus dñs Iesus vixit in hoc mundo cōtinet: xxiiij.  
Pater noster. et eccl̄iae Ave maria. quia sc̄. christus  
xxiiij. annis vixit in hoc mundo & nō plus nec minus  
Illa vero virginis continet. lxxij. Ave maria. ante  
quelsbet dece premitido bñi p̄ater nō. & ante. xij.  
Ave maria ultima. sunt enī sex senarij et unus duo  
denarius. Nam virgo tot annis legitur vixisse in hoc  
mundo scilicet tot annos quot filius habuit discipu-  
los. Sunt autem indulgentie p̄ corona domini le-  
su quam fecit papa leo. xxiiij. millia dierū. et lxxij.  
millia pro illa virginis quam fecit papa Iulius.  
Vides ergo lector q̄ quattuor corone facte sunt a  
quatuor papis sine summis pontificib⁹. Due au-  
tem a sanctis. scilicet Bonaventura et Brigida.  
Advertat tamen lector et caueat prudenter de dua  
bus coronis annorum. Nam duas opiniones lego  
de annis quibus vixit in hoc mundo dominus ie-  
sus. Et tres de annis quibus vixit virgo maria ma-  
ter iesu. Dicunt enim aliqui doctores q̄ christus so-  
lum vixit in hoc mundo triginta duob⁹ annis et tri-  
bus mesib⁹. Alii vero dicunt q̄ vixit triginta trib⁹  
annis integris nec plus nec minus. et credo q̄ nul-  
la sit contrarietas in hijs duabus opinionibus:  
quia una loquitur de nativitate christi in vtero  
uxtra illud quod in ea natum est de spiritu san-

ris est. Alia vero de nativitate ex utero iuxta illud  
angeli ad pastores. Hodie nat⁹ est vobis saluator,  
Constat autem manifeste q̄ si vita christi compute  
tur a nativitate ex utero q̄ solum vixit. xxxiiij. annis  
et tribus mensibus quia remanet nouē menses qui  
bus fuit in utero. Si vero computetur vita christi ab  
hora qua factus est homo. scz in die Annunciationis  
patet clare q̄ vixit. xxxiiij. annis. Nam eadē die qua  
fuit conceptus fuit et passus. xxxiiij. annis revolutis.  
De vita vero virginis sunt maiores difficultates &  
pluriores opinioes. Una opinio tenet q̄ beata vir  
go solum vixit quinq̄uaginta annis. Secunda tenet q̄  
Iesus. Tertia ut supra dixi q. lxxiij. Prima opinio  
nem tenet dñs milletus Episcopus Smyrne. Secunda  
dam beatus Hieronimus Tertiam. iohannes da  
masenus. de duabus primis puto me legisse in ma  
gno vincencio historiali. li. vii. Sed quia sedes as  
postolica (que maior est omni doctore et omnium do  
ctorum historia / et opinione non contenta in sacro  
canone) approbavit pie opinionem damasceni sicut  
multi constat per breve apostolich. quod seruatur  
et habetur in monasterio sororum beate marie Bis  
tutis. pertranseo. Hoc solū dico q̄ ex quo ecclesiolas  
lum pie approbavit tertiam opinionem; q̄ nō sunt  
condemnandi qui tenent primam vel secundam.  
licet indulgentie solum sunt a papa Iulio date p  
tertia opinione et recentibus illam.

Deo gratias et marie.

## Sequitur primus ordo Marie virginis.

**H**abuit gratia matris dei diebus  
illis novissimis in persona quadam adeo  
deuota marie virginis ut nichil bellet  
scire nisi scientiam placidi marie vir  
gini et deo. dicebatq; q̄ scientia sciar et virtus vir  
tutis erat scire placere matri & filio per matrem. Me  
rito igitur virgo illa psalmam illustrauit & repleuit  
donis suis et gratiis ahside. Nam semel cū esset di  
cta persona in oratione & dixisset iuxta suā consuetu  
dinem orationem sequente. Maria virgo et mater  
Iesu da michi cogitare dicere et facere que deo et ti  
bi maxime placent. Incepit meditari de virtutib⁹  
virginis et mirari cum virgo esset plena virtutib⁹  
et gratiis vix ad verticē capitū / cur de tā paucis  
scripsissent euangeliste. tandem in oratiōe & contem  
platione pseuerans illuminata fuit interius / et cog  
nouit q̄ sp̄s sanctus quo euangeliste scripserunt om  
nia voluit q̄ solum de decem virtutib⁹ virginis fa  
recent mentionem. et q̄ nullum placebat christo et  
virgini de illis virtutibus meditari. unde extū or  
dinem cōposuit dicta psalma qui dicitur de virtutib⁹  
marie virginis / in quo ordic ordinavit / q̄ illi q̄ hūc or  
dinem assumerent tria facerent / p̄imo. mane dum  
burgant se paululum recolligeret / et tanq̄ h̄erent  
ante oculos virginē preponerent / p̄ha adiuuante q̄  
virtutes eius in die illa obseruabit. et preciuue eis  
hant illam virtutem in quaz se recognoscūt sepius

offendisse deinde et secundo existimat; ut vixant hoc  
die semel deies Ave maria premitendo pater no-  
ster pro papa & felici statu ecclie. Et tertio ordina-  
uit ut sero reddant ratione coram deo & virgine su-  
per hijs que mane promiserant gratias agentes si  
obseruauerint et veniam petentes si offendenterint. p-  
ponentes q̄ sequit die melius obseruabunt. In su-  
gnū autem huius ordinis fratres et sorores portar-  
tare debent supra se insinguis. s. decem Ave maria.

## Sequitur secundus ordo.

 Upredicta plena altera vice cum esset in  
oxone et cogitaret de plagis et vulneribus  
christi incipit mirari cur tam paucā vulne-  
ra retruisset & reservasset christus i sup co-  
pore cu fuisse plen⁹ vulnerib⁹ a planta pedis usq;  
ad verticē capitis et maxime mirabat quia nō rei-  
muerat signata corone in capite. tandem fuit in oca-  
ne illustrata et edocta q̄ tot et tanta christus reser-  
uarat. quot et quāta reservare debuerat. Intellēxit  
q̄ interius in corde q̄ multi placebat christo cog-  
itare de suis vulneribus unde facti est q̄ p̄dicta plu-  
na istinuit scđm ordine qui vocat ordo beate marie  
de dolorib⁹. quē cōsūrit cu p̄cedēti ordine. Nam fra-  
tres et sorores huius ordinis habent solū cu decent  
Ave maria portare quinq; pater noster. et semel in  
die dicere in honore plagar̄ xpi & doloris matris xpi.

## Sequitur tertius ordo marie virginis. ☩

 Et h̄o contigit cu esset in oratione predica-  
persona ut plurimū desideraret scire inter  
opera christi & virginis matris in euange-  
lio descripta. que essent illa que magis deo  
et virginis placet. Desiderabat enim illa facere. &  
fuit illuminata in oratione et intellexit q̄ christus  
post assumptionē nře humanitatis tria priue fecer-  
at. scz q̄ veritate euangelica p̄dicauerat. genus hu-  
manū redimierat. et dignissimū altaris sacramentū  
instituerat. & circa hec triadgo totū suū cor & studiū  
posuerat puta: ad sermones filij audiendos & imple-  
dos. ad vulnera et crucem xpi batulandas et portan-  
das. et ad sacra hostiam et dignissimū altaris sa-  
cramentum venerandum et honorandū. Intellexit  
q̄ qn̄ hec tria vellet facere q̄ vñlē placeret chri-  
sto & matri eius. Unde factū est q̄ predicta plena fe-  
cit tertiu ordine beate marie de deuotionib⁹. Intel-  
lexit enī q̄ in hijs trib⁹ implebat suū desideriū. & ex-  
audiens sua oratio. qua semp perinuerat qd posset  
cogitare qd dicere & qd facere qd sume placeret deo  
et matris dei. Nā dicebat q̄ erat cogitare de illis tri-  
bus/loqui de illis trib⁹ & facere illa tria et i hijs tri-  
bus cōsistit tota deuotio viginis in euāgelio scripta.  
solū enī p̄dicta. uj. deuotides viginis i euāgelio legunt  
de qd etiā scribit actuū tertio & in varijs historijs

sancrop h[ab]et quomodo primam deuotionem habuit  
virgo in vita filii scilicet circa sermones Secundum in  
morte filii quia stabat iuxta crucem. tertiam post mor-  
tem. quia post pentecosten et missione spiritus sancti feci-  
quentabant cuncti fideles hoc dignum sacramentum  
et plenerabat in communione fratrum p[ro]p[ter]am. Felix  
certe illa anima que ad h[ab]et tria habenda auhelaue-  
rit: unde predicta persona sumit istum tertium ordinem  
cum duobus primis. Nam istum tertius ordinem a-  
mabat; sup omnes quia altos o[ste]s continet et sup ali-  
os addit opera unde dicebat bonum est portare deo.  
Ave maria ad honorem virginis melius est illa di-  
cere sed optimu[m] est illa facere. Tertius autem ordo  
precipue docet opera et facere tria predicta. unde eti-  
am predicta persona longius et plenius descripsit di-  
ctum tertiu[m] ordinem per tria capitula in modu[m] qui  
sequitur.

### Capitulum primum de tribus que fratres et sorores huius ordinis debent portare.

**O**rdinavit autem supra dicta persona q[uod] illi  
qui assumerent hunc ordinem tria porta-  
rent/ tria dicerent/ et tria facerent/ et omnia  
ista sunt et respiciunt tres predictas deuotiones  
scilicet sermones Christi vulnera Christi et sacra hostia Christi.  
Portat igitur decem Ave maria pro prima deuo-  
tione ut dictum est in primo ordine/ et quios pater  
noster pro secunda deuotione ut dictum est in secundo

Et p[re]imaginem tria predictarum deuotionum ut fratres  
et sorores qualib[et] in libro possint vide[re] continue illa  
tria que torus ordo ipso[rum] verbiatur/ et super qui-  
bus fundatur.

### Capitulum secundum de tribus que fratres et sorores huius ordinis debent dicere.

**D**icitur p[ro]p[ter]a deuotiones sermonum fra-  
tres et sorores qui audiunt horas horolo-  
gij dicunt semel Ave maria. ut virgo det  
illis gratiam q[uod] non offendant in verbo et  
sermone Secundo pro secunda deuotio[n]e quando trah-  
sent ante aliquam crucem dicunt ore vel corde. Bo-  
ne Ihesu rogo te pro plagas quas sustinuisti in cruce  
et per lacrimas quas mater tua fudit iuxta crucem  
ut dimittas mihi vulnera et peccata mea et penas  
vulneribus et peccatis meis debitas. Tertio pro ter-  
tia deuotione qui transiunt ante ecclesiam in qua qui-  
erunt corpus Christi vel qui intrant in ecclesiam dicunt  
Bo[ne] Ihesu te honoro honore illo quo honoraris ab  
omnibus sanctis in tua ecclesia triumphante. et ho-  
nore illo quo honoraris ab omnibus Christianis in  
ecclesia tua militante. et peto pro illo amorem quo  
dignaris in hoc sacramento esse nobiscum usque in si-  
nem seculi q[uod] possum esse tecum post istud seculuz in  
regno tuo in secula seculorum. Amen.

## Capitulū tertiu de fratribus que fratres et sorores huius ordinis debent facere.

**P**ro prima deuotione scz sermonis xpi fratres & sorores huius ordinis debet non solum audire sermonem si sit qui predicit. sed etiam debent facere unum sermone xpi. Ille unus sermo xpi dicit sermo pacis quia christus pacem fecit dedit & predicauit. Unde fratres & sorores huius ordinis debent inter homines facere pacem quantum possibile est & concordare discordes/ et debet esse aduocati et aduocate pacis excusando defectus et mala aliorum et procurando pacem & veniam cunctorum nūquā male loquendo de aliquo. sed male loquentes de aliis ad pacem & charitatem conuertere. quia hec est gratia christi et matris eius. Secundo pro secunda deuotione scz vulnerū & cruris christi debent fratres et sorores huius ordinis singulis diebus facere ad minus unam crucem. hoc est dicere/ debent desiderare propter christū sustinere aliquā persecutionē vel iniuria et gaudere et letari quādō sic eis vel dicitur aliqua p̄secutio vel iniuria quia hec est virtus crucis tertia illud: Ibant apostoli gaudentes a conspectu eō cōcilij. qm̄ digni habit sunt p̄ noī. Ihesu contumelias pati. Quidquā felix anima que crucifixus est crucifixus. Tertio protertia deuotione scz missae sive sacramēti altaris debent fratres et sorores huius ordinis singulis diebus non solum audire missam sed

etiam facere hoc est dicere / debent pro honore tantū sacramenti aliquid facere puta lauando corporalia & cœta altaris ornamenti vel dādo talia paucis ecclēsij et sacerdotibus. vel procurādo q̄ ecclēsij et altaria sint mūda sine araneis & huicmodi. vel associando cum omni reverentia sacramentum quando portatur ab infirmos vel in processionib⁹ p̄ cluantes vel villas. vel instituendo & fundendo aliqua suffragia vel orationes dicendas quotidie ad honore tantū sacramenti/ vel aliud aliquid quicquid illud fuerit faciendo ad honore sacre hostie. Et aduertant fratres et sorores ut dictū est. q̄ iste tertius ordo continet duos precedentes: quare debent mane propone re seruare istas tres deuotiones virginis et sero redere rationē & facere cenam scz cum petro petere lassari pedes & conscientiam si defecerunt in aliquo/ & nūquā debent cum iuda desperare etiam si millies peccauerint. sed semper proponere q̄ cū dei & virginis adiutorio in futuro p̄ficius obseruabūt et se emendabunt. Demide in fine debent cū Iohē euāgelista dormire in sinu xpi. id est se commendādo sacratissime hostie/ire ad lectū. Solent enim fratres & sorores huius ordinis tā mane quā sero cōmendare se marie virginis sancte cruci & sacratissime hostie que est panis vite & viaticum viatorum. in cuius constitutione peruenientium ad montem dei oreb id est gloriam beatorum ad quam nos p̄ducat mater dei/ stella maris/regina celo/ domina angelorum/ mater gratie/ aduocata pectorum virgo maria. Amen.

## **S**equitur regula sororum beate marie virginis.

**S**upradicta persona paulo ante mortem suam postquam seruauerat & impleuerat omnes tres supradictos ordines cum esset in oratione et diutius pseueraret tacea fuit irreducibilis in corde & exhalata simul et illuminata in spiritu ut faceret viam regulam ex omnibus predictis tribus ordinibus in qua ponerebat oes virtutes virginis que in euangelio leguntur et vulnera christi. et tres deuotiones virginis & quadraginta opera ipsius in euangelio scripta et sex coronas filii et maritis a summis pontificibus vel sanctis factas vel institutas. et quod laboraret per approbatum dictam regule apud sedem apostolicam. fecit predicta persona ut sibi fuerat mandatum et iam approbata est regula & confirmata a tribus summis pontificibus. quoque ultimus est papa Leo decimus papa modernus put videri potest in bullis approbatiis & confirmationis dicte regule quod henricus inuitate buriensi in regno Francie ubi constructum fuit solene monasterium dictarum religiosarum a senrenissima dñna Johanna de Francia filia Regis Ludouici et sorore Regis Karoli que pollet nunc miasaculis et fuit fundatrix prima trium ordinum predicatorum et regule sororum beate marie. Tenuit autem regule talis est.

## **S**equitur Regula Sororum beate marie virginis.

**D**e Castitate prima virtute virginis  
Marie quam Imitari debent sorores.  
Primum Capitulum.

**I**n nomine domini Incipit Regula et vita sororum beate marie virginis. Maria virgo purissima et si plena fuerit omnibus gratiis & virtutibus tamquam voluit sanctus quod in Euangelio specialis quedam metit solum fieret de decem virtutibus unde sorores quantum Regula et vita est Imitari virginem Gloriam quantum humana patitur fragilitas faciendo sed dicendo & cogitando quod virgo in Euangelio legit se esse dixisse et cogitasse. Debent tamen summa diligentia predictas decem virtutes opere compleere ut de illis vere dicatur qualis mater fuit tales et filie & sint sorores virginis & formes corde vero et opere. Merum quod primo in euangelio mentio sit de puritate virginis. Debent etiam sorores primo de puritate et castitate seruanda sollicitare cogitare & ea opera dum vivunt facere que virgo ex dicta virtute castitatis legitur secunda. Ex virtute autem castitatis legitur virgo virginalem honestatem et cum virginitate scisti Joseph de-

M.D.  
opae  
c  
tatis

sponsasse et gabrielem interrogasse quomodo fieri  
istud quoniam virum non cognosco: Ad exemplum et imitationem virginis que fuit ortus conclusus totius pri-  
vitarum sorores voleant perpetua cum perpetua clau-  
sula castitatem et verbi Josephi, dum scilicet Iesum sponsum  
accipiant in perpetua caritate et nulla verba van-  
ni amoris aut dicant aut a quoque audiatis nisi per suam  
castitatem cum solo Iesu earum sponsu velint habere  
familiaritatem. Ad hanc autem perfectius hanc casti-  
tatem fugiant suspecta concilia. Nulla etiam habe-  
ant verbo scripto / mutu / vel dono / suspecta sororibus cum  
persona seculari aut religiosa. Sufficiat sororibus  
Iesu earum sponsus qui pulchrior est bniuersis et  
totus desiderabilis. Est autem sororu clausura arctissima  
sicut et castitas purissima quia nec egredi potest  
ad extra nec alie persone ingredi potest ad ipsarum mo-  
nasteria: non tamen intringitur soror clausura quia fit in  
gressus aut egressus concurrentibus ex parte sororum  
evidenti necessitate et ex parte summi pontificis apo-  
stolica concessa auctoritate. Sicut nec intringitur  
cum intrat platus prouisitatione aut confessio pro  
sacramentorum administratione et mortuorum sepe-  
tione: aut medicus pro infirmarii curatione aut  
laber pro necessaria rerum reparacione / sicut etiam  
non intringitur quoad egressum quoniam egreditur so-  
rorum ad exemplum virginis consilio gabrielis. id  
est prelati pro noui monasteriis susceptione vel anti-  
qui reformatione aut necessaria sororum translatione.

## De prudentia secunda virtute virginis marie, quam imitari debent sorores secundum capitulum.

**P**rocula virgo prudentissima semper fuit et  
prudentia sua que sequitur fecit. Nam  
cogitabat qualis esset gabrielis salu-  
ratio et conservabat omnia verba quae de ipso  
aut a christo dicebantur aterens in corde suo. Et quia fugit in  
egiptum pro filio condicendo non rediens nisi prius  
herode defuncto et non vadens ubi erat archidiaconus ha-  
bitatio. Ad exemplum et imitationem virginis so-  
rores debent esse tardiloque quia solum septies legit  
ur virgo locuta fuisse / debentque non leviter loqui  
in dictenda premeditari similitudinem et agenda et in cor  
de iugiter conferre si ab eis regula earum obseruetur  
vitam ipsorum Jesu sponsu placita inueniatur. Nam  
perfectissima prudentia est scire placere deo et cante  
re ab omni quo deus offenditur petendo. Maxime aus-  
tem fugiant et caueant ab herode et archelao. id est  
a vicio inanis glorie et impatiencie: nam draco oculi  
te incidiatur: leo aperte realitur: que duo precipua  
figa vincuntur. Ad habendam autem perfectius hanc  
virginis prudentiam servient sorores strictissime in  
sceptione nouicias / ut ad exemplum virginis nulla pe-  
nitentia ingrediatur dominum marie et monasterium ipsa  
cum misericordia gabriela aut Josepha. id est corpore forte et  
fata mente fidei et catholicae caritatis in familiis nostra/

amito recta et prompta / ad legendum sufficienter  
edocita/nnulli persone seculari vinculo ligata.

**D**e humilitate tertia virtute virginis  
marie quam debent sorores imitari  
**Tertium capitulum.**

**A**bia virgo humilissima semper fuit cuius  
dominus humilitatem respexit: ex humili-  
tate autem que sequitur fecit. Nam tunc  
bata timuit laudata a gabriele cum humi-  
litate respondit. Ecce ancilla domini fiat michi se-  
cundū verbum tuum. Ad exemplū & imitationē vir-  
ginis sorores fugient officia et gradus: nam sicut  
laues pessima in religione ambicio cognoscitur: sic  
in religiosa virtus vera esse dinoescitur quando exie-  
ritus despacta inquietus letatur. Vera enim humilitas  
est letari cum despiciatur & contumelie dei exaltatur nun-  
quam proprio sensu credere: nam semper dicit sicut se-  
cundū verbum tuum et non secundum meum/quare  
sorores in capitulo et suis consultationibus propri-  
as opiniones non defendant: sed cedant communione  
que plus spūlante regitur quam soror una singula-  
ris: dicant semper matri fiat michi secundum verba  
tum nec se excusent aliquando a matre represe[n]te  
p[ro]cipue in capitulo. Ad habēdam perfectius hanc  
humilitatis virtutem sorores semper diligant et

vereantur matrem ancillam sicut bleariam marie/  
quia revera ipsa tenet locū virginis marie. Mater  
autē ancilla sorores suas carissimas filias amet & cō-  
soleretur. Singulis ordinariis sabbatis teneat capitu-  
lum culpārum in quo cum magna humilitate penten-  
tias matris sorores recipiat scientes capitulum  
pro huicmodi culpis purgatoriū esse. Cum discre-  
tione autem mater puniat sorores applicando sur-  
ta exemplū boni lamenteri oleum cum vīno. Sunt  
autem sollicite singule matres ut saltē sentiel in an-  
no singula monasteria earum visitentur a prela-  
tis ipsarum. In qua visitatione precium inquirat vi-  
tator de castitate duplicitate clausura: de charite et  
pace fraternali/de paupertate/et humili obedientia  
de officio domino/et oratione sancta.

**D**e veritate fidei quartā virtute virginis  
marie quam imitari debent sorores  
**Quartum capitulum.**

**A**bia virgo verissima fuit et fidelissima  
et ex veritate et fide: que sequuntur fecit.  
Nam postq[ue] filiu dei ex humilitate & obe-  
dientia concepit ad montana ascendit et  
in dominum iacarie intravit sanctam elizabet salu-  
tauit. Qui elizabet dixit. beata que creditisti mihi:  
pacient in te q[ui] dicta sunt tibi a domino. O vrgo verissima

Mots  
de  
l'ope  
r de  
fidei vi  
ginis.

et fidelissima quanta opera ex fide fecisti: dum concepisti et ad deum et dei fidem convertere omnes volunt. Ad exemplum et imitationem virginis. sozores debent esse in fide fortis: nec aliquam possunt recipere in religionem suam nisi fuerit catholica et fidelis. non excommunicata nec de crimine hereticis suspecta. Nam cu sine fide impossibile sit placere deo qu modo possibile esset q in religione que tota est dedita ad virginem et deo placendum recipetur aliqua in fide dubia. Teneantur singule matres cum consilio discretarum a domino papa: illum ex cardinalibus petere qui est protector eum innoxius religionis ordinatione apostolica prelator ut semper subditus et subiectus sedis ecclie romane in fide stabiles obseruent virtutes et beneplacita virginis marie. Ad habendam perfectius veritatis virtutem meditentur sozores sedis sententiam deuotorum virginis veritate non solum fuisse fidelis etiam verbi. Unde pie creditur q virgo in salutatione dixerit. deo gkas: vel Pax tecum: propter votu veritatis quod antea emiserat. Sicut igitur sollicite sozores ut in verbis suis sine semper veraces q Christus est vita q paret oes q locatur medicina. Unde sozores perpetui seruit euangelicum silentium: monasticum autem sine claustrale etia perpetuo seruent in ecclesia claustro. dormitorio et refectorio. Item adicto completorio vix ad primam diei sequentis et quandoconque iussu matris pulsatur campanella silentio.

## ¶ De deuotione quinta virtute virginis marie quam simili debent sozores Quintum capitulum. ¶

**M**aria virgo deuotissima semper fuit. et ex deuotione que sequuntur fecit. Nam deus attentissime et letanter laudabat dicens. **M**agistricat anima mea dominum: exultauit spis mens in deo salutari meo. Singulis annis in Iherusalem ascendebat et filium sequebatur ad audiendum sermones eius: et cum apostolis perseverabat in oratione. Sepem legitur revera in nazareth Ad exemplum et imitationem virginis debent sozores sume artem deus laudandi et orandi addiscere. Nec potest in religione sozor proficere sine oratione. Nec potest sozor damnari in morte que in vita chorum et oratione amauerit. Habeant qui ipsi sermones faciant si possibile sit saltem in festis solenibus quos attente et deuote audiant: quia qui ex deo est verba dei audit. Nazareth id est ecclesiam frequenter ad quam semper obedientiis impletis reuertatur. Proficiunt facient secundum ordinarium romanum facient do semel in ebdomada de conceptione Iesu et semel de conceptione matris Iesu nisi occurrat festum sole ne aut duplex et ebdomada sancta: festum autem simpliciter tunc occurrens celebrandum traherat in festis commemorationis. Singulis autem diebus quibus non fit de beata maria fiat de ipsa commemoratione die nuc

Note  
8 op.  
uotio  
virgu

Supreceptis festis & octauis festis & dominis fabaoth  
Sozores lapce pro officio diei dicant coronam domi-  
ni iesu que continet triginta tria pater noster. et to-  
tum Ave maria. Et p officio beate marie coronam  
ipius que continet septuaginta duo Ave maria et se-  
ptem pater noster. Sozores sozituales ad extra  
line habitu religionis cōmorantes recipiant tertium  
ordinis virginis & dicant officium illius ordinis. Fra-  
tres aut apud sozores cōmorantes auctoritate apo-  
stolica possunt in missa & officio conformare se sozo-  
ribus. Et quodum possibile erit seruus a sozoribus ora-  
tio mentalis tanto tempore quanto christus in cruce  
sicut mortuus; nam sine mentali oratione perfectio  
in religione parvula est aut nulla. Sozores canun-  
tient ordinarie de quindena in quindena & in diebus  
festis domini fabaoth: et virginis marie. In ce-  
na domini: prima dominica aduentus et prima die  
quadragesime/ in festo dñi sancto p: et in festo san-  
cti francisci. Ab habendam autem devotionem et reue-  
rentiam ad istud dignissimum sacramentum sint oes-  
sozores vigiles et solliciti. Nam huius religionis p-  
espua deuotio esse debet ad istud dignissimum sacra-  
mentum de quo singulis quintis feris saltem cōmo-  
moratio fiat in missa/sicut sexta feria de quinq: plä-  
giorum impedimentum occurreat aliterius festi aut  
octauarum. Preterea satagant matres si possibile  
est ut salte in die eucharistie et p octauas iugis me-  
moria et laus habeat p sozores ad hoc deputatis;

**C**De obdsentia certa virtute virginis  
marie quam imitari debent sozores  
**Sextum capitulum.** ☩

**D**icitur virgo obedientissima fuit ad de-  
um: et ad homines propter deum. Un-  
der sua obedientia que sequuntur fecit.  
Nam ex obedientia filium dei concep-  
tum cum essent impleti dies purgatiōis/partum in  
templum tulit: patr turcum aut columbarum ob-  
tulit: celari angusto obedivit in bethleem eundo ce-  
ibi proficendo. Ad exemplum et imitationem virgi-  
nis sozores obedire debent deo/decem eius precepta  
obseruando / turtures offerre veram confessionem  
de peccatis faciendo: et columbas deum toto corde  
amando. Item sozores prompte obedire debent su-  
is prelatis patribus et matribus cogitantes q: vir-  
go que ex obedientia deum conceperat etiam stans  
in obedientia hominis scilicet augusti cesaris deum  
peperit: Non enim potest sozor sine obedientia de-  
um concepere aut fructum salutis asserre. Ad haben-  
dam plectus obedientie utile sozores una p electio  
nem cōmunitatis habeant matrem ancillam cui si-  
cuit vicarie virginis matris cuius locum tenet obe-  
dire debent. Ut ipsa tanq: tenens locum matris dei  
sit exemplar et speculum omnis virtutis & perfectiōis.

Mot  
es ob  
edie  
tive vi  
nis.

**N**on diuident sorores obediencias nisi s; promis-  
pre obediant ac si virgo maria p̄cip̄ret. Eligatur  
etiam a cōmunitate vna vice gerens que bices ge-  
rat matri absentis. Debet autē ambe femp & ubi  
non possunt bono modo saltem altera iſpatum mas-  
nere etflare cum sororibus p̄cipue in choro opera-  
torio et reſectorio. Eligantur preterea a cōmunitate  
septem discrete quarum cōſilio vna cum cōſilio  
vice gerentis mater vñatur in arduis rebus et que  
ſunt magne importantie. Mater vero que p̄fumare  
et in h̄mī attempatare ſine iſpatum cōſilio accu-  
ſetur coram vñitatore et acriter puniatur. Per com-  
munitatem etiam eligatur vna iſtatum discretarū  
in matrem vigilante. cuius officium eſt quatuor  
plicere. Primo explorareſez si sorores post comple-  
tozium ſint decoleete intra clauſuram interiore et  
ſuas cellas. Secundo ſignificare matrē ſecrete ſororeſ  
que non ſunt recollecte in cellis. Tertio cum ma-  
tre vicegerente et ſeniori discretarū audire ſeru-  
teras matris tam quas mater mittit q̄ quas recipit  
Quarto ordinare que et quāda ſorores ibunt ad cō-  
fessionale ita q̄ nulla p̄fumat ire nisi missa a ma-  
tre vigilante vel matre ancilla/ quando aliquis ca-  
ſus ſpecialis occurrit. Logitent ſorores q̄ p̄pete de-  
um et virginem abnegauerunt proprias voluntati  
et ne ſint ſacrilege / caueant ne ſequantur proprias  
affectiones ſed humiliter obediāt matrē etiam diſſi-  
cili a p̄cipēnti. ſorores in hac religione nunq̄ e-  
mittant botum p̄fessionis que ſue etatis annum.

quintum decimum; nec recipiantur ante quartum  
decimum aut post quadragéſimū uñi recep̄tio cauſa-  
lā vigentilium habet. Cuni autem ſorores fa-  
ciunt p̄fessionem dicant in hunc modum. In no-  
mine patris et filii et ſp̄us sancti & virginiſ marie.  
Ego ſoror p̄mitto et voceo deo et virgini ma-  
rie et omnibus sanctis & tibi matrē toto tempore vi-  
te mee obſeruare regulam beate marie virginis vi-  
uendo in castitate cum clauſura ppetua / et in obe-  
diecția / et paupertate ſancta obdeſiendo generali et  
prouinciali vñitariis obſeruantie minorū prelatis per  
regulam ſororibus a ſede apostolica datis. Et ma-  
ter ancilla respondeat / si hec obſeruaueris p̄mitto  
tibi q̄ maria in morte tua nuptias celebrauit tecu-  
ſi filio ſuo. Et ſorores oēs alta voce dicant. Amen.

### **D**e pacientia ſeptima virtute virginis marie quam imitari debent ſorores.

#### **S**eptimum capitulum. ☩

**A**risa virgo pacientia ſemper fuit &  
ex pacientia ſua fecit q̄ ſequitur. Multum  
ſit pacienter herodianam iudicaḡ perſe-  
cutidnes. Item filium crudus metta reſ-  
ſuit et inuenito filio pia maternaq̄ locutione dicit/  
filii quid fecisti nobis sic; ecce ego et pater tuus do-  
lentes querebamus te. Ad exemplum et imitationē  
beate virginis ſorores debent deliderare aliquid p-

nomine sui sponsi portare & sustinere et quotidie em-  
sem facere & letari atque gaudere dum persecutiones  
injustas patiuntur / quia dicit dominus iesus . In paci-  
entia vestra possidebitis animas vestras Et si com-  
patimur ait apostolus et conregnabimus. Que es-  
go tollerant mala propter christum honorem in ce-  
lo recipient cum christo. Debent etiam confortari si  
forte deus non tam cito illas eradiat aut ab eis ut  
ueniatur et persecutare querendo friduo scaliet/cu-  
reptionis/confessionis/et satisfactionis. Ad perfectius  
habendam hanc patientie virtutem cogitent so-  
rores quanta pro nobis christus sit passus & q̄ sim  
christ aduersi et paupertatis sustineant propter chri-  
sti non possunt peculiares esse amice et sponsa chri-  
sti. Felices sorores que desiderant reprehendi et ar-  
gui et ex corde optant ab alijs vilipendi et a ceteris  
sororibus conculcari quoniam talis est regnum ces-  
torum.



**D**e paupertate/octaua virtute vir-  
ginis marie.quam imitari debent so-  
rores.Octauum capitulum.



**M**aria virgo pauperima paupertate semi-  
per vixit: ex paupertate que sequitur se-  
cic. Iesum reclinavit in pesepio: quia na-  
erat ei loc⁹ in ducensorio. pānis inuolunt  
et non ex serico/et ubere suo panis carens scilicet de-  
licato et seculari nutrimento. Ad exemplum et imi-  
tationem virginis debent sorores hanc euangelicā  
margaritam amare et obseruare; sive qua ruine  
sive officia religiōis monasteria: nec facile hec duo  
simul manere possunt/diuinitie et deuotio. Sorores  
iesum reclinant in pesepio: quando amant cellas &  
cubilia villa. pānis inuolunt quando grossis & ru-  
dibus paunis induiuntur. Lacte nutrunt virginali  
quando in coxib⁹ suis turpes cogitatus non reci-  
piunt. Ad habendam autem perfectius hanc san-  
ctam paupertatem debent sorores quarum pauper-  
tas est inhabendo omnia in ehemunt et nichil in pro-  
prio: attendere ad nouicias et professas/ vt nouicie  
nullo pacto recipiantur cum labe symonie. Professe  
vero diligenterne ultra necessarios redditus nouos  
acquirant nec peuerēt aut emi faciant que curiosa  
sunt quis porius labores manus suarū māducent si  
eū dīgo faciebat. Mater ancilla et oēs sorores p̄tū  
possibile fucrit ament & sequantur operatoriū: sicut  
viva campanella p̄pria operatoriū qua pulsata oēs  
sine exceptiōe que proprias nō habent obedientias  
diligentissime ad operatoriū volent et cōueniāt,  
psalmos nominis filii et matris operando persol-  
lant. Deinde sub silentio opus manuale cōtinuant.

ni si mater licentiam loquendi dederit vel legendi.  
Nulla autem soror presumat opus agere nisi quia  
le matee ordinauerit. Et omnes potius ea custodi-  
ant et seruens que sunt communictatis & que sunt ad  
volum particularem sororibus concessa. Proindeq;  
mater inriglet ut necessaria sororibus infirmis et  
sanis prout opus vniuersig fuerit ministeretur. Hicq;  
mater sine acceptione personarum ne cum ad unum  
oculum iactat alteram offendat. Et congruo tem-  
pore prouideat ea que alio tempore inueniri mini-  
me possent.

### De pietate et charitate/nona virtute virginis marie, quam imitari debent sorores. Nonum capitulum.

**M**aria virgo pietissima et misericordie ple-  
nissima semper fuit: et ex misericordia et  
pietate sequentia fecit. Filium lacte nutrit-  
us ab herode custodivit in egyptum pop-  
tautum cana galilee binum postulauit et ministros  
salutari doctrina illuminauit. Ad exemplum et imi-  
tationem virginis sorores debent lacte puritatis/s  
etis cogitationibus et mundis affectionibus nutri-  
re iesum opera misericordie spiritualia & corporalia im-  
plore. Et enim cum virgines dicantur esse speciales  
hile et sorores debent cum virgine misericordissima  
et ipse esse misericordes. Cineat hec religio ceteras  
in puritate et charitate sive pietate quia sponsa

illius cuius mate virgo est et cuius pater feminam  
necit et qui animam suam poluit et corpus & vitam  
dedit pro amicis suis. Ad habendam perfectius hanc  
virtutem cogitent quomodo monasterii in quo so-  
rores mutuo se non amant carcer est diaboli in quo  
non habitat cristus: quia ubi charitas ibi deus est/  
faciat igitur quotidianum sermonem iuxta virgi-  
nis primam devotionem ve scilicet sine advocate pa-  
cis et errantium saluatrikes nec aliena considerent  
peccata: et alijs facile dimittat si velint sua sibi a do-  
mino dimitti. Non capiat oculi matri requiem si  
foste fuerint nonnullae inter alias sorores lites: aut  
iurgia donec illas reconciliaverit: vel si forte difficult-  
tes inuenierit ad reconciliationem tripla monitione  
preua: illas incarcerauerit: semper unus aut plu-  
res apud sorores habeatur carcere & humani. Su-  
per omnia fiat misericordia infirmis / et talis qua-  
lem sane bellent rationabiliter sibi fieri. Servuent  
cum charitate pauperatem quia virtutes sunt: so-  
rores mutuo coniunctes et cohabitantes nec una al-  
teram expellat.

### De gladio doloxis sive compunctionis decima virtute virginis marie. quam sorores debent imitari. Decimum capitulum.



Maria virgo dolosissima in hac morta  
li vita fuit et ex compassione filii fecit que  
sequuntur. Herba symconis sepe animo re  
uoluit: iuxta crucem filii morientis fie  
tit: vulnera passi et loca passionis sepe co  
fideraut et visitauit. Ad exemplum & imitationem  
virginis sorores debent in corde aliquem fasciculus  
myrrae crucis portare & lugiter compati christo: et de  
fontibus saluatoris id est quinque plagis haerite a  
quas salutis cum samaritana doctrinam vite et ve  
ritatis: cum magdalena lachrymas contritionis et  
compassionis: cum maria virgine fontem lachry  
marum dilectionis et deuotionis. Ad perfectius ha  
bendam hanc virtutem compatiendi christo et eius  
mortem stendi debent sorores sicut & hec gratia no  
minetur in terra suauiter viventium: delicata est  
hec gratia nec datur admettereibz mundana leticie  
am. Soror que optat ad hanc peruenire gratiam: ne  
cessit est ut abstinenter et sobrie vivat et corpus vili  
et dugo tegumento vestiat. Unde quo ad abstinen  
tiā sorores relinquent ieiuna ecclesie et ferijs festis  
et sabbato toto tempore vite sue: insidentibz ut in ci  
bo et potu sine excessu vitam agant. Liceat etsi ter  
in ebdomada scilicet feria prima tertia & quinta pri  
carinibus in prandio tātum: nullo autem tempore  
sane carinibus vescantur in cena. Sorores vero hue  
iciunias voluerint in aduentu et quadragesimā r̄bi  
et apostolorum bēredicte sunt q̄ virginē: nulle ta  
men hoc tempore aduentus et quadragēnumarum

duarum predictarū relinquent nisi ad beneplacitum  
et discretionem matri ancille. Quantum ad habi  
tum debet habitus sororum esse vīlis et talis colo  
ris qualē fertur virgo habuisse et quali legit̄ chri  
stus indutus fuisse nam fuit a matre veste incensu  
tilli coloris (vt dicitur) cinerei indutus/acappha lu  
tolo turpi et nigro velatus/ ab herode velte alba de  
rūs/a pilato vero rubra sine coccinea illusus. Co  
lomiter sorores que sposo suo et matri eius confor  
mati debent cogitatu. habitu. et gestu. et actu. hos  
quattuor colores portent. Et ubi matribus expedi  
te videbitur etiam in capite similitudinem corone  
gerant habeant igitur in habitu calorem cinereum  
in belo nigrum / nam et virgo mortem filii lugē  
bat/velum nigrū ferendo. In scapulari vero et mā  
tello gerant alios duos colores scilicet albū in man  
tello et rubēum sine iacinctūm in scapulari. Ne  
rum quia hylarem datorē diligēt deus et sorores  
querit christus que libi seruāt eī gaudio omniā am  
moto scrupulo aut inquietudinis vel timoris nubi  
lo. Sicant sorores ad omnia supradicta se obliga  
tas obligatione pene vel discipline. Obligatione  
autem peccati aut culpe non sunt obligate sorores:  
nisi ad seprēm que sequuntur. Ad castitatem. clau  
suram. obedientiam. paupertatem. Officium diui  
num/religionis habitum. regulare. ieiunium. Estop  
per missum matri cū consilio discretarū et confessio  
nis vt possit dispensare cum tribus ultimis vt scilicet

infirme aut debiles allego sorores altam causam le-  
gittimā habentes iudicio matris et confessoris una  
rum discretis non teneantur pro tñē ad tria ultima  
supradicta. Nunc vero finē regule in Vera pseuerā  
ria factam<sup>9</sup> iuxta ultimū verbū : de maria virgine  
in sacra polisti scriptura quod est: erant omnes pse-  
uerantes in oratiōe cum maria matre iesu. Perseue-  
rent ergo sorores in obseruantia sue regule scđm ex-  
emplar & monstratū est illis in virgine/ quia soror  
que perseuerauerit usq; in finem salua erit et in glo-  
ria eterna regnabit cum iesu sororum spōnso et cum  
omniā virtutū exemplari pfectissimo virgine ma-  
ria. Amen. ¶ nulli ergo oīno hominū liceat hanc  
paginā nōe approbatōis & firmatōis cōmunitōis  
decreti innouatōis precepti mandati concessōis  
indultū et voluntatis infringere vel ei ausū temera-  
rio constraire. Si quis autem hoc attemptare pre-  
sumperit in dignationem omnipotentis dei ac beas-  
torum petri et pauli apostolorum eius se nouerit in  
cursurum. Dac Rome apud sanctum petrum. Anno  
incarnationis dominice millesimo quingentesimo  
quintodecimo. Undecimo Kal Junij. Pontificatus  
nostrī Anno tertio.

**C**Deo gratias et marie.